viroꝝ. Et achias filius achitob fratris
ichabod filiȷ̈ phinees qui ortꝰ fuerat ex
heli sacerdote dñi ī sylo: portabat ephot
Sed ⁊ ꝓplus ignorabat quo isset iona-
thas. Erāt aūt inter ascensus ꝑ q̊s nite
batᷣ ionathas transire ad statione͂ phili
stinoꝝ eminentes petrę ex vtraqꝫ ꝑte· et
quasi in modū dentiū scopuli hinc inde
ꝑrupti. Nome͂ vni boses· ⁊ nome͂ alteri
sene. Vnꝰ scopulus ꝓmine͂s ad aq̄lone͂
ex adūso machmas· ⁊ alter ad meridem
ↄ̄ gabaa. Dixit aūt ionathas ad adole-
scente͂ armigerū suū. Veni transeamus
ad statione͂ incircūcisoꝝ hoꝝ· si forte fa-
ciat dñs ꝓ nobis· q꞉ nō est dño difficile
saluare vel in multis vel in paucis. Di-
xitqꝫ ei armiger suus. Fac oīa q̄ placent
aīo tuo. Perge q̊ cupis· ⁊ ero tecū vbi-
cunqꝫ volueris. Et ait ionathas: Ecce
nos transimꝰ ad viros istos. Cūqꝫ ap-
paruerimꝰ eis· si taliter locuti fuerint ad
nos· manete donec veniamꝰ ad vos: ste-
mus in loco nr̄o: nec ascendamꝰ ad eos.
Si aūt dixerint ascēdite ad nos: ascen-
damꝰ ad eos: q꞉ tradidit eos dñs ī ma-
nibꝫ nostris. Hoc erit nobis signū. Ap
paruit igitᷣ vterqꝫ stationi philistinoꝝ.
Dixeruntqꝫ philistiȷ̈m. En hebręi egre-
diuntᷣ de cauernis in quibꝫ abscōditi fue-
rant. Et locuti sūt viri de statiōe ad io-
nathan ⁊ ad armigerū eius· dixeruntqꝫ
Ascēdite ad nos· ⁊ oñdemus vobis rē.
Et ait ionathas ad armigerū suū: Ascē-
damꝰ: Seq̄re me. Tradidit enī dñs eos
in manꝰ isrl̄. Ascēdit aūt ionathas ma-
nibꝫ ⁊ pedibꝫ reptans· ⁊ armiger eiꝰ post
eū. Itaqꝫ cū vidissent faciē ionathę: aliȷ̈
cadebāt añ ionathan: alios armiger eiꝰ
interficiebat· seq̄uēs eū. Et facta est pla-
ga ꝑma quā ꝑcussit ionathas ⁊ armiger
eius q̄si viginti viroꝝ: in media ꝑte iuge-
ris· quā par boū in die arare consueuit
Et factū ē miraculū in castris ⁊ ꝑ agros
Sed ⁊ oīs ꝓplꝰs statiōis eoꝝ q̄ ierant ad
ꝑdandū obstupuit· ⁊ cōturbata sūt ca-
stra. Et accidit quasi miraculum a deo.
Et respexerūt speculatores saul q̄ erant

in gabaa beniamin. Et ecce multitudo
ꝓstrata· ⁊ huc illucqꝫ diffugiens. Et ait
saul ꝓplꝰo qui erat cū eo. Requirite ⁊ vi-
dete quis abierit ex nobis. Cūqꝫ requi-
sissent: reptū est non adesse ionathan et
armigerū eiꝰ. Et ait saul ad achiā. Ap-
plica arcam dñi. Erat enī ibi arca dñi ī
die illa cū filiȷ̈s isrl̄. Cunqꝫ loq̄retᷣ saul
ad sacerdotem: tumultus magnus exor
tus est in castris philistinorum. Cresce-
batqꝫ paulatī· ⁊ clarius resonabat. Et
ait saul ad sacerdotem: Cōtrahe manū
tuam. Conclamauit ḡ saul ⁊ oīs ꝓplꝰs q̄
erat cū eo ⁊ venerūt vsqꝫ ad locū certa-
minis. Et ecce versus fuerat gladiꝰ vni-
uscuiusqꝫ ad proximū suū· ⁊ cedes magna
nimis. Sed ⁊ hebręi qui fuerant cū phi
listiȷ̈m heri· ⁊ nudiustertiꝰ ascenderātqꝫ
cū eis ī castris· reuersi sūt vt essent cū isrl̄
et his qui erant cū saul ⁊ ionatha. Oēs
q̊qꝫ israelitę q̄ se abscōderāt in monte ef-
fraim· audiētes ꝙ fugissent philistei: so-
ciauerūt se cū suis in ꝓlio. Et erant cū
saul q̄si decē milia viroꝝ: ⁊ saluauit do-
minus deus isrl̄ in die illa. Pugna aūt
ꝑuenit vsqꝫ ad bethauen. Et viri israel
sociati sūt sibi in die illa. Adiurauit aūt
saul ꝓplꝰm dicens: Maledictus vir q̄ co-
mederit panē vsqꝫ ad vesperā· donec
vlciscar de īimicis meis. Et nō mandu-
cauit vniuersus ꝓplꝰs panem. Oīsqꝫ trę
vulgus venit ī saltū: in quo erat mel sup
faciē agri. Ingressus est itaqꝫ ꝓplꝰs sal-
tum· ⁊ apparuit fluens mel: nullusqꝫ ap-
plicuit manū ad os suū. Timebat enim
ꝓplꝰs iuramentū. Porro ionathas non
audierat: cū adiuraret patᷣ eius populū.
Extenditqꝫ sūmitatē virgę quam habe-
bat in manu ⁊ intinxit in fauū mellis. Et
cōuertit manū suā ad os suū· ⁊ illumina
ti sunt oculi eius. Respondensqꝫ vnus
de populo ait: Iureiurando constrinxit
pater tuus populū dicens: Maledictus
vir qui comederit panem hodie. Defece
rat autem populus. Dixitqꝫ ionathas.
Turbauit pater meus terram. Vidi-
stis ipsi: quia illuminati sunt oculi mei.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0216
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG